nibus exquisitis tam in subditos quam extraneos nimium abuteretur[m)], multorum contra se odium provocabat. Ad hec quia subditos[n)] magis servili quam civili dominacione premebat, multorum circa finem sibi concitavit adversitates. Adeo namque ad ultimum cepit erga ipsum subditorum vacillare[o)] fides, quod communitates[q)] et populi bonarum villarum et locorum ecclesie factis et coniuratis inter se conspiracionibus iugum sue potestative dominacionis[r)] rebellione publica [72]] excusserunt, debitam sibi atque consuetam obedienciam et servicia subtrahentes. Inter que populus et commune ville Andernacensis contra ipsum manifeste insurgentes sedicioso[s)] tumultu concitato irruentes in castrum archiepiscopi in dicto opido positum ceperunt dictum castrum confringentes[t)] et deponentes pontem, qui de dicto castro ad[u)] exteriora campi protendebatur. Cives quoque Colonienses sencientes in id[v)] ipsum contumelias sibi non modicas inferebant[w)].

Porro idem dominus Wilhelmus[x)] in huiusmodi sui status fluctuacione positus,+ cum ipse[y)] dolore pedum et tibiarum[z)] graviter ulceratorum diutius laborasset, tandem curis continuis, vigiliis[a)] atque laboribus, quibus propter zelum ecclesie sibi commisse

multas pertulit adversitates. Adeo enim suorum erga ipsum ad ultimum incepit vacillare fides, quod nonnulli communitates et populi villarum et opidorum ecclesie sibi ceperunt publice rebellare et conspiraciones inter se facientes, que in preiudicium ecclesie usque modo[71]] non cessant, iugum sue[p)] potestative dominacionis excusserunt, debitam et consuetam sibi obedienciam subtrahentes. Qua quidem tempestate communitas et populus Andernacensis castrum archiepiscopale in eodem opido a latere murorum consistens sedicione commota insultu tumultuoso capientes pontem, qui de ipso castro ultra fossata opidi ad exteriora porrectus liberum intrandi et exeundi prestabat aditum, obstructis nichilominus eiusdem castri portis in ipsius domini archiepiscopi contumeliam totaliter confregerunt.

Demum postquam ipse dominus Wilhelmus sederat in sede pontificali annis 12 et diebus 15 mensibus 9, dolore crurium, quem pluribus annis sustinuerat, graviter ulceratorum[b)] nimium cruciatus, et (curis vigiliis ~~atque~~ et[c)] laboribus

+ cod. 6': incurrens squalide morbum podagre, quo diu laboraverat.

m) uteretur 2. n) suos subd. 2. o) vac. subd. 2. p) suum 5. q) comitates 4. 4'. 4''. r) donacionis 2. 4. 4'. 4''. s) sedicione 1. sedicionis 4. 4'. 4''. t) constringentes 4. 4'. 4''. u) de ipso ad 2. v) id deest 1. 2. w) deferebant 4. 4'. 4''. x) dictus W. 4. 4'. 4''. y) ipse deest 4. 4'. 4''. z) tybiarum 1. a) vigiliis deest 4. 4'. 4''. b) ulcerata 5. c) ~~atque suppl.~~ et vigiliis 5.

72] 1359 mart. 1 Colonia Confluentes Andernacum Bonna civitates facto foedere prohibituros sese polliciti sunt, quominus in Rolantzwerde novas exstrueret munitiones archiepiscopus, vid. dipl. ap. Ennen Quellen IV, p. 452.

71] Nescio an ista ante humiliationem Andernacensium anno 1365 factam (cf. Lacomblet Urkundenb. III, 566) scripta sint.